

est animi submissione humillimè depono. Eadem  
 scilicet, quæ Nomen Tuum per Castra Mavortia  
 & Principum Regumque aulas prædicabunda  
 circumfert, Fama per Orbem literarium quoque  
 dudum deportavit Laudes Tuas ac Studium ar-  
 dentissimum, tum erga quodvis aliud eruditio-  
 nis genus, tum verò vel maximè erga Mathe-  
 seos & Curiosioris Philosophiæ secreta, quæ non foves  
 tantùm ac promoves clementissimè, sed excolis  
 ipse metacditas Inventorum novorum & Arcano-  
 rum Mechanicorum locupletissimis accessioni-  
 bus. Illud loquuntur Tui SCHMIDLINI, REISELI,  
 SCHUCKARDI, cæterique, qui quasi certatim in Stu-  
 diis & exercitationibus Mathematicis experimen-  
 tisque curiosioribus, quantum per occupationes  
 publicas licet, indies ex ea causa maximè desu-  
 dant, quòd hæc talia probari TIBI, ac esse in deli-  
 ciis, habeant compertissimum: Hoc autem ipsis  
 oculis ingerit, præter alia Cimelia, quæ Techno-  
 phylacium Stutgardianum publicè spectanda ma-  
 gno numero offert, fontesque artificiosos quos  
 Domus & Hortus & Grotta, quam vocamus ex-  
 tero idiomate, Ducalis, Tuā curā & munificentia